





DISSESSATIO INAUGURALIS JURIDICA,  
QUAM  
DE QVÆSTIONE: *G. 2. num. 23.*

AN

1721

25. 10

# SPECIES DEROGET GENERI?

DEO T. O. ADNUENTE,

IN ILLUSTRI ACADEMIA FRIDERICIANA,  
CONSENSU INCLYTÆ FACULTATIS JURIDICÆ,

PRÆSIDE

JACOBUS FRIDER. LUDOVICI, jcto,  
POTENTISS. REGIS BORUSSIAE CONSILIA. AULICO  
ET PROFESS. JUR. PUBL. ORDINAR.

PATRONO ET DOCTORE SUO MAXIME COLENDO,

## PRO LICENTIA

Summos in utroque jure honores & priuilegia Doctoralia  
rite capeſſendi,

Ad d. MAJI M DCC XXI.

H. L. Q. C.

Placido eruditorum examini submittit

EITEL FRIDERICUS LUPIN,

MEMMINGENSIS.



HALÆ MAGDEBURGICÆ

CHRISTIANI HENCKELII, ACAD. TYP.

DIESER TALD INVIGURATIS JURIDIIC

OUA

DE QUITATIONE

AN

# SPECIES

## DE ROD ET CHENIERI

DEO T O VONUNTATE

IN LILLISTRACI ACVDPHIA TRIBESCIUNA

CONVIVIA AVOCY A EQUITATIS ASSEMBLEA

PER ABBIDE

JACOBUS FRIDERICUS LUDOVICUS

COLLEGIS PLIEB HORSEI COUNCIL ARABIGO

ET PROCHS IAP ECR OLIVAR

PROMONI ET DOOTORAE COOK KIRK COOMBOO

## PRO TIGENIA

SHILLING IN MIREO (TATE PHEONICS OF PHILLIPS) DE GOLDE

AN 1545 VIAN MDCXXIX

BY A. A. G.

LONDON LIBRARY IN THE UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARIES

MUNMINGENRS

BRITISH LIBRARY

CHRISTIAN HENCKEL ADENAU

B  
tur,  
cial,  
liter,  
juris  
telliq  
sibi  
dubi  
zur  
Solun



DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS  
DE QUESSIONE:

AN  
**SPECIES**  
**DEROGET GENERI?**

CAPUT I.

Generalia exhibit.

CONTENTA HUIUS CAPITIS.

**D**uae regulae juris recensentur. Una, quod in toto jure generi per speciem derogetur & illud potissimum habeatur, quod ad speciem directum est: altera, quod semper specialia generalibus insint, §. I. Regula hæc non est universaliter vera. Offenditur hoc primo in materia de concessione jurisdictionis, ubi sub generali concessione inferior saltem intelligitur. Refelluntur rationes dissentientium. Carpzouius sibi ipsi non constat, §. II. Venatione generaliter concessa in dubio minor solum venit, §. III. Si quoque expresse conceditur venatio majorum ferarum, eo tamen per canes & retia solum, non vero per bombardas exerceri potest. Carpzouius

A 2

mos

## 4 CONTENTA HVIVS CAPITIS.

mox hanc, mox contrariam defendit sententiam, §. IV. Descriptio generis & speciei ad mentem Logicorum, §. V. Genius generalissimum & subalternum, species item intermedia ad Ictos non pertinent, quia talia legata & promissiones ad minimum redigi possunt, nisi certitudo aliqua ex certis circumstantiis configi possit, §. VI. Iti genus pro Logicorum specie specialissima & speciem pro individuo capiunt, §. VII. In speciem cadii pretium adfectionis, non vero in genus. Usus in materia de compensatione. Perez genus cum genere compensari non posse putat, cui respondeatur, §. IX. Responso ad l. 13. ff. de legat. i. §. IX. Remonetur dubium ex §. 30. f. de act. ratione compensationis specierum. Differentia inter genus & speciem in mutuo & commodato sese exserit, item in materia veri & quasi ususfructus, alisque, §. X. De diuisione stipulationis, si pluribus genus, aut species debetur, §. XI. Operarum stipulatio similis est generis stipulationi. Quantitates interdum speciei loco sunt, §. XII. Vocabula generis & speciei interdum in jure promissae accipiuntur, §. XIII.

## §. I.



Apinianus in l. 80. ff.  
de R. J. adferit, quod in toto jure  
generi per speciem derogetur & illud  
potissimum habeatur, quod ad speciem  
directum est. Ex diuerlo Ga-  
jus in l. 147. ff. eod. semper specialia  
generalibus inesse dicit. Si ergo  
spe-

species generi inest, quomodo eidem derogare potest? Si quis ad vulgatum illud recurrere vellet: nullam regulam tam firmam esse, quæ non patiatur exceptio- nem: conciliatio illorum textuum nimis generalis & obscura quoque esset. Oleum ergo & operam non perdemus disquirentes: *an species generi deroget?*

## §. II.

Neque illa regula universalis est, *quod semper species generalibus infinit*. Quæritur enim, si vasallo jurisdictione cum feudo generaliter concessa fuerit, an utraque species superior & inferior, an vero una saltem, inferior scilicet, concessa intelligatur? omnino quidem utramque speciem concessam esse arbitratur Carpzouius p. 2. cons. 40. def. 6. quia hoc statuit Matth. Welenbe- cius cons. 95. n. 13. seqq. Matth. Colerus de proc. execut. p. 2. c. 1. num. 156. & Jac. Menochius l. 3. presumt. 97. num. 39. & ne confusio jurisdictionum oriatur, contra l. 23. C. de testam. concedens quoque legem contractui apertio- rem dicere debuisse, ac tandem, quia eo casu, quando concessio a principe facta, beneficia principis latissime intelligi debent, per l. 3. C. de constit. princ. Verum enim vero alii rectius inferiorem solummodo jurisdictionem concessam videri defendunt, ut Struu. S. I. F. c. 6. aph. 18. n. 4. B. Stryk. in us. mod. ff. tit. de jurisdic. §. 13. in f. & in exam. jur. feud. c. 8. qu. 24. Andr. Knichen de jur. terri- tor. c. 1. n. 254. seqq. & de vestituar. passion. part. 2. c. 1. n. 57. seqq. nulla scilicet metuenda confusio jurisdictionum, licet alter jurisdictionem inferiorem, alter vero superiorem exerceat, cuius rei Saxonia, ducatus Mag- deburgicus & plurimæ aliae prouinciae testes sunt, facta

A. 3.

enim

enim iurisdictionis diuisione omnia determinantur, quæ ad singulas eiusdem species referenda, v. Ordinat. provinc. elector. saxon. de a. 1550. rubr. was zu Ober- und Niederr. oder Erbgerichte gehöret. Carpzon. prax. crim. qu. 109. num. 25. seqq. Ordinat. polit. ducat. Magdeburg. c. 58. §. 1. & 2. Hahn ad Wesenbec. iit. ff. de iurisdic. n. 8. circa fin. Wehner obseruat. præst. voc. Bent. aliisque plures. Deinde concedens non habet opus, ut legem contractui apertiorem dicat, sed accipiens, qui singulare quid pretendit, quoniam iurisdictio omnimoda non est necessarium alicuius prædii connexum, sed non raro & nisi ab initio expresse simul concessa, ab eodem separata reperitur, & in dubio parum potius, quam multum concessum intelligitur, prout ostendit Dn. Præses in colleg. jur. feud. disp. 4. th. 44. 45. 46. Assertionem l. 3. ff. de constit. princ. de latissima priuilegiorum principis interpretatione jamdudum destruxit illustr. Dn. Thomasius in disp. de interpretat. benefic. principi. Brunne-mannus quoque in comm. ad d. l. 3. num. 6. in concessione regalium strictam interpretationem locum habere recte statuit; imo ipse Carpzonius sibi contrarius est disp. feud. 4. th. 24. citante eum Struuvio S. I. F. d. c. 6. aph. 18. n. 5.

## §. III.

In materia de concessione venationis quoque queritur: an in dubio maior, an vero minor solum, die Niederr. Jagd, concessa censeatur? respondent DD. ex rationibus adductis, in dubio saltem ius capiendi feras minores concessum videri, late Wehner. obf. præst. voc. Forst-Recht, ibi: hinc colligitur, malam esse conse-  
quent-

quentiam: Ich habe Recht Hasen und Füchse zu jagen und zu hetzen und dasselbig præscribit, ergo, so habe ich auch das hohe Wildpräth zu fangen, sunt enim haec species diueriae, nec de una ad aliam recte infertur, sicut nec de una specie iurisdictionis ad aliam. Stryk. exam. jur. feud. c. 9. qu. 22. Finckelth. obf. præf. obf. 41. Facit huc c. 81. de R. J. in 6. ubi Bonifacius IX. dicit: *in generali concessione non venire ea, que quis non effet verijimiliter in specie concessurus, que eadem verba intuitu pignoris generalis fere habentur in l. 6. ff. de pignor. junct. l. 7. & 9. ff. ead.* Quid ergo? fallit regula, quod semper specialia generalibus insint.

## §. IV.

In eadem materia porro queritur: *an posita expressa etiam concessione venationis majorum ferarum concessio quoque censeatur venatio per bombardas, an vero solum per canes & retia?* Prodeat Carpzouius p. 3. decis. 287. Hic rationem decidendi, qua utebatur in materia iurisdictionis, v. supra §. II. in hac materia in rationem dubitandi conuertit num. 8. Si quis, inquit, adfrmatue respondere velit, multum iuuabitur generalitate verborum, quæ generale quoque decisum important, l. i. §. II. ff. de legat. præstand. contr. tabb. tantum enim operatur generalis prouisio ac si quilibet species nominatum expressa & comprehensa sit, Coler. conf. 34. n. 6. & alias quoque principis beneficia plenissime accipi debent, l. 3. pen. ff. de constit. princip. Jam sequuntur rationes decidendi in hac materia n. 9. seqq. quod venatio non censeatur concessa per bombardas, mit Pürschen und schiessen, sed solum per canes & retia, mit Hunden und stelsen.

stellen. Inter eas est (a) quia venatio inter regalia principum refertur, quorum nemo priuatorum compos est, nisi cui specialiter juris hujus exercitium fuit permisum. Ergo (b) concessio strictissime accipi debet, ut, quantum fieri unquam potest, minus de jure hoc regalium principi concedat, ex natura & qualitate iurium singulium, non enim transeunt in genere, quæ princeps vix speciatim alicui concedere solet. (c) Si quis jus vendandi pro seruitute habere vellet, servitutes tamen sunt stricti iuris, nec ad casum, vel qualitatem aliam expresse non concessam extendendæ. (d) Quia feræ ex sonitu bombardarum disturbari ac in fugam conuersæ sua lustra relinquere solent. Non autem in concessione etiam larga princeps ea largiri præsumitur, quæ in detrimentum iuris proprii, vel reipublicæ tendunt, ac nunquam, vel non sine difficultate impetrari solent. (a) Quia absurdum est, brocardica iuris generalia adaptare ad ea, quæ in principe regalibus adscribuntur, &c. Vidimus Carpzovium in utramque partem & adhuc verum manet, quod specialia generalibus semper non insint. Conferatur alias quoque de hac materia Brunnem, ad d.l. 3. ff. de consil. princ. num. 6. Bidembach. quæst. nobil. 17. apud Fritschium in corp. jur. venat. foref. part. 2. consil. 30.

## §. V.

Sufficient hæc ad infringendam universalitatem brocardici, siue prætensiæ regulæ, quod specialia semper generalibus insint. Nos, quia disquirere volumus, an species generi deroget? ante omnia alia jam videre debemus, quid sit genus, quid species? *Genus Logicis idea rei*

GENERALIA EXHIBET.

9

rei uniuersalis (v. g. entis,) dicitur, quæ alias ideas uniuersales (v. g. substantiam & accidens,) complectitur. Species autem, quando alii ideæ uniuersali subest idea modi precipui, qui ad ipsam etiam essentiam pertinere creditur, v. g. accidenti accidens internum & externum. v. Clerici *logic. p. 1. c. 7. §. 5. & 6.* Buddeus *de rat. inuenient. ver. c. 1. §. 17.* Jac. Thomasius *in log. c. 6.* ubi etiam de genere generalissimo & subalterno, specie intermedia & specialissima & de individuo agit, quæ singulare petere instituti nostri non est.

§. VI.

Obseruabimus saltem, quid JCtis sit genus, quid species? in Adriani Beieri *logica juridica* nihil inuenire potui, quod differentiam inter Logicorum & JCtorum genus & speciem explicet. Mihi ita videtur: Genus generalissimum & subalternum huc non pertinent, nec species intermedia. Hinc si animal, aut bestia, &c. legetur, & testator tale quid in bonis suis non reliquerit, ridiculum potius, quam utile erit legatum, quia nomina hæc etiam rebus minimis conueniunt & sic legatum ad minimum redigi potest, v. l. 71. pr. ff. *de legat. 1.* idem in promissionibus inter viuos obtinet, v. l. 75. §. 1. & 2. ff. *de V. O. ibi: ergo, si qui fundum sine propria appellazione, vel hominem generaliter sine nomine proprio, aut vinum frumentumue sine qualitate dari sibi stipulatur: incrementum deducit in obligationem.* Exceptionem Huberi *in prælect. ad tit. 7. de legar. §. 18. in fin. admitto*, quando scilicet determinatio rei legata ex circumstantiis delumi potest, quamvis testator talem rem in bonis suis non reliquerit. Exemplum adfert Huberus *de juene ad*

B

rem

rem equestrem animum adjiciente, cui ab amita legatus erat equus cum equitis instrumento, quorum nihil in hereditate reperiebatur. Deberi, inquit ille, respondere non dubitavi, cum esset generis legatum, scilicet, quod ex adductis ad minimum redigi non potest.

## §. VII.

JCti ergo genus pro specie specialissima & speciem pro individuo Logicorum capiunt, v. Beyer. *in posit. i. tit. de legat. post. 57.* Schilter. *prax. jur. Rom. exerc. 4. §. 20.* Recte Huberus d. §. 18. genus a JCtis passim usurpatum pro eo, quod plura individua continet, id quod Logici speciem vocant, nostri autem vocare speciem solent, rem certam & in numero definitam. Inde, pergit, quid sit legatum generis intelligitur, quando id, quod relinquitur, sub communi nomine res plures adpellationi isti subjectas comprehendit. Debet autem ejusmodi esse genus, quod individua immediate sub se habeat, genus infimum, quod redigi non possit ad rem vilissimam, add. Wissenbach. *ad ff. disput. 31. th. 1. in f.* Dion. Gothofred. *ad l. 54. pr. ff. de V. O. lit. 1.* De aliis variis significationibus *speciei* v. Brissonium *de verb. signific. voc. species.*

## §. IX.

In speciem cadit pretium affectionis, non vero in genus, quoniam hoc non habet certam determinationem. Genus ergo cum genere compensari potest, perinde ut quantitas cum quantitate, conf. l. i. §. 4. ff. si pars heredit. petat. Finge, inquit, Wissenbach. *ad ff. disp. 31. th. 1.* me tibi equum generaliter promisisse, ac te ei, qui mihi equum (in genere) legauit, successisse: fiet

fiet compensatio. Sed quid Perez ad rit. C. de compensat. num. 14. genus cum genere, inquit, non compensari, verius puto, non tantum, si debitum sit genus diuersa qualitatis & substantiae, veluti, si ab una parte debeatur equus, ab altera bos, sed et si ejusdem hinc inde. Rationem hanc subjungit: *licet quid debeatur in genere, tam semper venit certificandum per solutionem speciei certae, contentae sub illo genere, in quem finem adducit l. 13. ff. de legat. 1.* Argumentum ergo Perezii hoc est: *quidquid venit certificandum per solutionem speciei certae, illud non admittit compensationem.* Possem consequentiam simpli- citer, negare, sed limitabo propositionem, ut non ad- mittatur compensatio, quando promissum certifican- dum venit, ut Perez loquitur, per solutionem speciei certae, scilicet *ab initio a paribus determinatae*, ast tunc non debetur genus, sed species. Ita ergo dicendum: *promissio generis certificanda per solutionem speciei alicuius.* Ast talis species est incerta & non recipit pre- tium affectionis.

## §. IX.

Eodem modo est intelligenda l. 13. ff. de legat. 1. ad quam prouocat Perezius. Verba eius haec sunt: *cum in- certus homo (& sic genus) tibi legatus esset, heres Stichum ser- uo tuo tradidit: Neratus respondit, sic voluntate domini (cui homo incertus legatus) tradidit, vel ratum hoc dominus habuerit, perinde eum liberatum, atque si Stichus legatus ef- fet.* Hic primo non dicitur, quod species certa solui debeat, sed saltrem aliqua. Deinde sermo hic plane non est de compensatione, sed de praestatione legati generis. Certum est, heredem liberari, si aliquem seruum praesti-

tit ipsilegatario; verum hic heres non ipsilegatario, sed seruo ejus Stichum tradiderat. Ponamus, prout meo iudicio ponere debemus, Stichum v. g. aufugisse, quaeritur: an heres tradendo Stichum seruo legatarii per hanc traditionem liberatus fuerit? negat Papinianus, nisi heres voluntate domini (legatarii) tradiderit, vel ratum hoc dominus habuerit. Hunc verum sensum illius legis esse persuasi sumus, conf. in similis l. 12. 13. 14. ff. de pericul. & comm. rei vend. intuitu effectus traditionis.

## §. X.

Ex modo adductis jam profluit, speciem cum specie compensari non posse, de quo etiam quantum nobis constat, nemo dubitat. Obstare quidem videtur §. 30. I. de aet. ubi dicitur, quod compensationi etiam in actionibus in rem locus sit; verum DDi hunc rectum recte explicant de eo casu, quando species qua petitur, vel culpa alterius periiit, aut ex necessitate distracta est, & hinc ad estimationem ejus agitur, idem, si casum commodatarius in fe recepit, v. l. 68. ff. de rei vind. l. 1. C. de commodat. l. 1. C. rer. amot. Wiffenbach. disp. 31. th. 1. Porro differentia inter genus & speciem in contractibus duobus, mutui & commodati, sese exerit. In mutuo datur quantitas, quas non eadem, sed in genere restituenda, eben dergleichen. Paulus in l. 2. §. 1. ff. de reb. cred. mutui datio consistit in his rebus, que pondere, numero, mensura consistunt: quoniam eorum datione possimus in creditum ire, quia in genere suo functionem recipiunt per solutionem, quam in specie. In commodato usus speciei conceditur, l. 5. §. 11. ff. commod. ibi: nunc videndum in quibus speciebus commodatio locum habeat? & ergo finito usus in specie restituenda,

enda, eben dasselbe. Evidem in l. 4. ff. cod. Gajus dicit: B  
sepe etiam ad hoc *commodari pecunias*, ut dicis gratia numerationis loco intercedant, ut, prout dicit Gothofredus *in nov. add. l.* faciūt facias & imponas spectatori; verum hoc sit per pactum speciale & prout periculatum, ita rarum est, unde nihilominus ea, quæ diximus, salua manent. Ad verum & quasi-usufructum aliaque similia facile applicatio fieri potest.

## §. XI.

De diuīsione stipulationis, si pluribus genus, aut species debetur, adhuc videamus. Casum proponit Julianus in l. 54. pr. ff. de V. O. In stipulationes alias species, alias genera deducuntur. Cum species stipulamur, necesse est inter dominos (promittentes) & inter heredes (creditoris stipulantis) ita dividī stipulationem, ut partes corporum cuique (heredi pro in diuīso) debeantur (Haloander: debeantur.) Quotiens autem genera stipulamur, numero sit inter eos diuīsio. Jam sequitur exemplum & applicatio regulæ. Velut in Stichum & Pamphilum (duas species) quis stipulatus, duos heredes æquis paribus reliquit: necesse est, utrique partem dimidiam Stichi & Pamphili (pro in diuīso) deberi. Si idem (defunctus) duos homines (in genere sine certa denominatione) stipulatus fuisset: singuli homines (numero) heredibus ejus deberentur, id est, prout ego existimo, coheredes non eligunt conjuncūtum, uti priori casu, sed separatim, hic unum, alter vero aliud. Facit huc l. 117. ff. cod. se centum homines, (in genere,) quos ego heretue meus elegisset, stipulatus, antequam eligerem, duos heredes reliquerō: numero (heredum) dividitur stipulatio. Diversum

erit, si jam electis hominibus, (heredes) successerint. add.  
l. 29. ff. de solut.

## §. XII.

Operarum quoque stipulatio similis est his stipulationibus, in quibus genera comprehenduntur, d. l. 54. §. 1. ff. de V. O. Ex diuerso, licet species interdum separetur a quantitate, id est, ab his, quæ pondere, numero & mensura constant, l. 6. ff. de reb. cred. l. 6. ff. de R. V. l. 34. §. 5. ff. de legat. 1. interim tamen ipsæ quantitates interdum etiam speciei loco sunt, cum v. g. certo loco definiuntur ac circumscribuntur, veluti, si vinum, quod in apothecis est, pecunia, quæ in arca est, legetur, vel promittatur, l. 30. §. 6. ff. de legat. 1. Hinc species auri & argenti in l. 15. ff. de aur. argent. mund. species bonorum in l. 16. §. 6. ff. ad SC. Trebell. species nummorum in l. 18. §. 1. ff. de hered. inst. v. Briffon, de V. S. voc. species.

## §. XIII.

Addimus adhuc, quod interdum quoque vocabula generis & speciei promiscue accipiuntur. Ita in l. 29. ff. de solut. communis species nihil aliud est, quam genus nummorum & olei, ac frumenti & similiūm. Ita Paulus in l. 3. §. 21. ff. de adquir. vel amitt. possess. primo dicit, genera possessionum tot esse, quot & causæ adquirendi ejus sunt, quod nostrum non sit: velut pro emitore, pro donato, pro legato, pro dote, pro herede, pro noxæ dedito, pro suo, &c. Deinde vero addit: & in summa magis est unum genus possidendi, sed species infinite, quas ante genera adpellauerat.

## CAP. II.

## CAPUT II.

De

## Specie generi derogante.

**C**onnexiō cum capite p̄cedente, §. I. regula Nicolai Euerardi, quod species p̄cedens restringat genus subsequens. Casus primus hanc regulam illustrans, §. II. casus secundus & tertius, §. III. quartus & quintus casus, qui omnes ex legibus Romanis de promis, §. IV. alius casus, qui ante paucos annos in familia quadam illustri ventilatus fuit, ubi primo in conventione filiarum in specie, deinde vero heredum allodialium in genere mentio facta erat, §. V. rationes dubitandi & decidendi Lipsiensum, §. VI. subnectitur adhuc alius casus ex l. i. pr. ff. de aur. argent. mund. §. VII. Matthaeus & Bronchorst regulam a nobis in §. II. positam tunc solūm procedere existimant, quando quid generaliter & specialiter diuersis personis relatum, vel promissum fuit, §. VIII. cuius ad assertioū uniuersalitas impugnatur, §. IX. respondeatur ad leges a Philippo Mattheo adductas pro opinione sua stabilienda, §. X. diuersitas inter casus in l. 46. ff. de legat. 3. recensitos unice a particula copulatiū prouenit, §. XI. quando verba specialia & generalia ad unum eundemque directa, species generi tunc derogat, si ea genus p̄cedit. Si vero verba ad diuersas personas directa species generi semper derogat, siue illud p̄cedat, siue subsequatur, §. XII. species etiam generi derogat, licet verba ad eundem directa sint, si primo genus, deinde autem post interuallum temporis species alicuii

alicui promissa. Adplicatur hoc etiam ad leges speciales posteriores, §. XIII. regula Gothofredi, speciem indistincte generi derogare, siue illud præcedat, siue sequatur. Rejicitur hac regula & respondetur ad textus ex materia de legibus & statutis desuntos. Lex generalis posterior non derogat priori speciali, §. XIV. porro respondeatur ad textum ex materia de pénis adductum, §. XV. de legatis, §. XVI. de petitionibus & sententiis, §. XVII. de ultimis voluntatibus & in specie de substitutione, §. XIX. de ampliatione regule in laudo & rescriptis. Limitatio regule, quæ non videtur adcurata, §. XIX. recapitulatio hujus capititis, §. XX.

## §. I.

**I**N præcedente capite §. II. III. IV. ostendimus, regulam illam, quod semper specialia generalibus insint, non esse uniuersalem, sed sæpe restrictionem pati, quamvis in aliquibus casibus, præsertim quando *priuati ad se inuicem referuntur*, juxta obuenientes circumstan-  
tias omnino locum habeat, v. g. si cui alimenta in genere legata sunt, is non cibum & potum saltem, sed vestitum quoque ac habitationem habet, *l. 6. ff. de aliment. vel cibar. legat.* & generalis hypotheca specialem, quoque comprehendit & ad futura bona extenditur, *l. ult. C. quæ res pign. oblig. poss. &c.* In præsenti alteram regulam in §. I. cap. præced. similiter adductam examinabimus, quæ huius tenoris erat: *quod in toto jure generi per speciem derogetur & illud porrissimum habeatur, quod ad speciem directum est.*

## §. II.

## §. II.

Ostendemus, & hanc regulam non esse uniuersalem, sed generi per speciem interdum derogari, interdum vero non. Casus, quando species generi derogat, in præsenti capite recensere nitemur. Nicolaus Euerardus a Midelburgo *in loc. argum. legal. loc. s. a generalitate n. 3. & 4.* hanc regulam ponit: *clausula generalis sequens restringitur ad rem & causam prius specificatam*, vel, inquit, ad idem sic: *species precedens restringit genus sequens.* Adducit probationis loco diuersos textus iuris. Primus est in *l. s. de certazi. C. de transact.* in quo hic causa proponitur. Transtigebat quis de *certa re* & hujus rei certæ ab initio transactionis mentio siebat, deinde vero generaliter adjiciebatur, *nihil amplius peti*, non addito: *economie quærebatur: utrum transactio pro generali, an pro speciali habenda?* videri poterat, eam propter verba: *nihil amplius peti*, *[pro generali habendam esse; sed decidunt impp. Diocletianus & Maximianus: de ceteris tamen questionibus integrum permanere questionem]*, & sic verba generalia per præcedentia specialia restringi.

## §. III.

Alter casus est in *l. 10. §. 2. ff. de trit. vin. vel ol. leg.* Legauerat quis in specie *vinum amphorarium, amineum, græcum*, deinde generaliter adjecerat: & *dulcia omnia.* Quærebatur: an omnia dulcia indistincte legata fuerint? negat Proculus. Nihil, inquit, *inter dulcia, nisi quod portionis suis est, legatum putat Labeo, ex collatione vini amphoriarum, quod non improbo.* Tertium casum suppeditat *Scæuola* in *l. 47. §. 1. ff. de past.* Lucius Titius Gajum Se-

C

jum

jum mensularium, cum quo rationem implicitam habebat propter accepta & data, debitorem sibi constituit & ab eo epistolam accepit in hæc verba: *ex ratione mensæ, (argentariæ, vel nummularie,) quam mecum habuisti in hunc diem, ex contractibus plurimis remanserunt apud me ad mensam meam trecenta octoginta sex, & usuræ, quæ competierunt; summam aureorum, quam apud me tacitam (non munitam publico, vel mensæ testimonio, Gothofred. in not. lic. c.) habes, refundam tibi.* Haec tenus specialis mentio debiti ex ratione propter data & accepta. Sequitur clausula generalis: *Si quod instrumentum a te emissum, (id est, scriptum,) cuiuscunque summa ex quacumque causa apud me remansit, vanum & pro cancellato habebitur.* Nunc Scæuola statum controuersiarum subjungit. Dicit, quæsitum esse, cum Lucius Titius ante hoc chirographum Sejo nummulario mandauerat, ut patrono ejus trecenta redderet, an propter illa verba epistolare, quibus omnes cautiones ex quocunque contractu vanæ & pro cancellato ut haberentur, cautum est, neque ipse, neque filius eius eo nomine conveniri possunt? respondit Scæuola, *Si tantum ratio accepti atque expensi esset computata, (uti factum,) ceteras obligations manere in sua causa.*

## §. IV.

*Quartus casus reperitur in l. 33. §. 1. ff. de legat. 2. ubi pluribus heredibus in testamento nominatim legatorum diuersorum præstatio iniuncta, deinde autem in codicillis verbâ ad omnes heredes generaliter directa erant, & priortamen dispositio specialis præferebatur. Quintus in l. 21. C. ad Sæum Vellejan. de renunciatione mulierum speciali & deinde generali. Ex jure canonico hoc quoque*

que referri potest c. sedes. 15. X. de rescript. ibi: decernimus,  
ut cum in commissionibus nostris minores & viliores personæ  
solummodo designatur, majores & digniores sub generali clau-  
sula non intelligantur includi. Add. clement. i. de præbend.

## §. V.

Non possum, non, quin hic mentionem injiciam notabilis alicujus casus, qui ante paucos annos in illustri quadam Familia K. contra K. ventilatus fuit. Scilicet in conuentione quadam de a. MDCXLIX. dictum erat: Endlich ist annex ret, so fern der eine, oder der andere Theil ohne Männliche Lehns-Erben abgiengen, und Weiblichen Geschlechts (Töchtere) allein überblieben, (hic adest specialis expressio præcedens,) ist von beyden Seiten bewilligt, daß der successor feudi denen überbliebenen Landes-Erben (hic est expressio generalis subsequens,) nach aduenant, welche s hernach durch einen andern Recels kan beschrieben und bestätigt werden, heraus geben solle. Existebat casus. Moriebatur in una linea ultimus nullis descendenteribus nec filii, nec filiabus relictis. Collaterales defuncti eiusque heredes allodiales, Land-Erben, petebant certam portionem, quam filiae, si adfuerint, petere iure potuissent, eaque ratione utebantur, quod quidem in citata conuentione ab initio filiarum solum, deinde vero generaliter heredum allodialium, derer Land-Erben, mentio iniciatur. Sed nihil obtinebant. Publicabatur enim Ha- nouera a. MDCCXII. die XXII. Januar. sententia a Facultate Juridica Lipsiensi concepta huius tenoris: daß Klägers suchen nicht statt hat, B. N. W.

## C 2

## §. VI.

## §. VI.

Rationes dubitandi & decidendi sequentis tenoris erant: Ob woll Kläger seine intention auf einen mit seinem Vater E. H. Kn. anno 1649. getroffenen Vergleich gründet, vermöge dessen nicht allein ein Theil der pacifcenten des andern ohne Männliche Leibes-Lehns-Erben versierbenden Land-Erben aus dem Lehn etwas heraus zu geben verbunden seyn, sondern auch die interessenten hierüber sich vergleichen, und einen absonderlichen Recels auffrichten solten, welches ohne Untersuchung und separation des Lehns und Erbes nicht geschehen möchte, und hätten sich deren Welt um so viel weniger zu entbrechen, da von Klägern keine Leibes-Erben Männliches Geschlechtes vorhanden, und sie auf seinen begebenden Todesfall zur Succession gelangerten, wie denn auch der Billigkeit gemäß, und denen Lehn-Rechten eben nicht zuwider sey, daß zu Vermeidung alles Streits und Weitläufigkeit bey des Besitzers Leben, was die allodial-Erben von denen Lehn-Gütern und deren successoribus zugewarthen haben, ausgemachet werde; Dennoch aber und dieweil Kläger gar keine descendanten hat, und ob angezogener Vergleich deutlich besaget, daß so ferne der eine, oder der andere Theil ohne Männliche Leibes-Lehns-Erben abgienge und Weibliches Geschlechts allein übrig blieben, der successor feudinden überbliebenen Landt-Erben nach aduenant etwas heraus geben solle, also dieses pactum allein die Töchter des Besitzers und nicht dessen seitwärts Verwandte, oder Testaments-Erben angehet, allermassen

massen ob gleich derer überbliebenen Landt-Erben, welche (Benennung) sonst alle ab intestato und ex testamento herkommende Erben begreiffet, obbesagter massen meldung geschiehet, dennoch der contextus derer vorhergehenden Worte gar deutlich zu erkennen giebet, daß darunter keine andere, als die vorher besagte übrig gebliebene Leibes-Erben, Weibliches Geschlechts verstanden werden, und das darauf folgende an sich selbst auff einen weitern Verstand sich erstreckende Wort: Landt-Erben, auff die Tochter zu restringirten sey, folglich in gegenwärtigem casu die Lehens-successores etwas heraus zugeben nicht schuldig sind, solchemnach die Erdörterung der Frage: Ob dieselben zu dem in offbesagten Vergleiche bemeldeten Neben-Recessse anzuhalten? gänglich wegfallet, wie denn Kläger, daß er die separation des Lehns und Erbe zusamt dessen Untersuchung nicht principaliter, sondern nur accessorie, und wegen des verlangten Neben-Recesses begehret, sich erklähret; So ist, wie im Urtheil enthalten, von Uns billig erkant.

## §. VII.

In *L.i. pr. ff. de aur. argent. mund.* Pomponius hunc casum proponit: Uni due statuae marmoreæ, (speciatim) alteri deinde omne marmor legatum erat. Species dero-  
gat generi & posterior non accipit omne marmor, sed  
due statuae marmoreæ detrahuntur & priori debentur.  
Eundem, ut videtur, casum habet Jauolenus in *L.100. §.1.*  
*ff. de legat. 3.* *Duo*, inquit, *statuae marmoreæ* *cuidam nominati*, *item omne marmor* (alteri cuidam) *erat legatum*, (in genere.) *Nullam statuam marmoream*, *præter duas*, *Cafcellius*

C. 3.

putat.

*putat debiri; Ofilius, Trebatius contra. Labeo Caselli sententiam probat: quod verum puto; quia duas statuas legando, potest videri, non putasse (testatorem) in marmore se statuas legare. De quo tamen texru paullo post adhuc videbimus.*

### §. IIX.

Regulam, quam nos supra §. II. b. cap. posuimus, quod species generi deroget, quando species praeceedit, genus autem sequitur, Philippus Matthæus, Professor quondam Marpurgensis, in comm. ad tit. ff. de diuers. regul. jur. antiqu. & in spec. ad l. 80. num. 10. nec non Euerard. Bronchorst. ad eand. l. in enarrat. d. tit. procedere existimant in materia de legatis, si generale ac speciale legatum diuersis personis relictum sit. Hoc quidem dubio carere videtur. Sed addit Matthæus num u. Nam si *uni eidemque & genus & species legetur, ac primum speciei, postea generis mentio facta sit, species generi usque adeo non derogat, ut etiam genus speciem ampliet ac legatum uniuersale constituat.*

### §. IX.

De hac posteriore assertione ejusque uniuersitate dubito. Nam in casu supra §. III. adducto vinum amphorarium, amineum, (de quo Virgil. 2. Georg. v. 97.

*Sunt & Amineæ vites, fortissima vina.)* græcum, & deinde generaliter omnia dulcia uni eidemque legata erant, legatarius tamē non capiebat omnia dulcia, sed solum, quæ potionis erant, ex collatione vini amphorarii. Imo etiam exemplum, quod paullo ante §. VII. ex l. 100. §. 1. ff. de legat. 3. adduximus, huc referri potest. Scilicet *uni eidemque primo specialiter duæ statuæ marmoreæ lega-*

legatæ erant, deinde generaliter omne marmor. Sitestatuor omne marmor simpliciter legasset: omnes, credo statuas marmoreas legatarius consecutus esset. Sed restator ex errore non putabat, in marmore se statuas legare, neque etiam omnes statuas legatario dare, sed duas solum, & reliquas heredi relinquere volebat. Ergo legabat quidem ab initio duas statuas specialiter & deinde omne marmor in genere; sed species derogabat generi & hinc sub *omni marmore*, reliquæ statuæ non comprehendebantur, sed illæ due solum in testamento nominatae.

## §. X.

Prouocat Matthæus d. num. n. pro adassertione sua adstruenda ad l. 45. & 46. ff. de legat. 3. Prior lex est Uliani. Hoc legatum, inquit, *uxoris caussa parata*, generale est, & continet tam vestem, quam argentum, aurum, ornamenta, ceteraque, quæ uxoris gratia parantur. Sed quæ videantur *uxoris caussa parari*? Sabinus libris ad Vitellium ita scripsit: quod in usu frequentissime versatur, ut in legatis uxoris adjiciatur, *quod ejus caussa parata sint*, hanc interpretationem obtinuit; quod magis uxoris caussa, quam communis promiscuique usus caussa paratum foret. Neque interesse visum est, an postante ductam uxorem id paters familias parauisse, an postea: an etiam ex his rebus, quibus ipse uti soleret, uxori aliquid adsignauisset; dum id mulieris usibus propriæ adtributum esset. In b. l. ego nihil deprehendere possum, quod ad præsentem materiam pertineat. Videamus alteram sequentem, scilicet l. 46. d. i. quæ est Pauli. Hic ita: Ea tamen adjectio legatum alias exiguius;

givius, alias plenius efficiat. Augetur, cum sic scriptum est, quæque ejus caussa parata sunt: id enim significat, & si quid preter ea, quæ (antea specialiter) dicta sunt, ejus caussa paratum est. Minuitur, detracta conjunctione: (id est, ut non sit dictum: quæque, sed quæ ejus caussa parata sunt,) quia (hoc casu, si conjunctio, vel copulativa particula: que, omittitur, ex omnibus supra comprehensis (antea specialiter enarratis,) ea sola definiuntur, quæ ejus caussa parata sunt.

### §. XI.

Ex verbis initialibus ad l. 46. etiamen adjectio, adparet, quod haec verba ad praecedentia referantur, & sic obtandum esset, ut compilatores ea quoque praecedentia ex Pauli l. 2. ad Vitellium nobis communicassent. Sed non communicarunt. Interim tamen hoc euidenter est, in cit. l. 46. diuersitatem inter casus duos ibi propositos non prouenire a derogatione generis & speciei, sed ab adiectione & omissione particulae copulativa. Gothofredus in not. ad d.l. lit. d. ita: pone ita legatum: vestem, aurum, argentum, quæ uxoris caussa parata sunt, do, lego. Relatum que ea tantum demonstrat, quæ nominativum sunt expressa. At cum ita lego: vestem, aurum, argenum, quæque uxoris caussa parata sunt, do, lego: legatum in hac specie augetur. Nec enim vestis, aurum & argenum tantum debetur, sed & alia, quæcumque uxoris caussa parata fuerint. Tanti interest, relatio quo adjectiatur conjunctio que, an non adjectiatur: priori enim casu exiguius est legatum: posteriori vero uberioris. Idem obtinuerit in casu supra §. V. proposito, si particula copulativa adjecta fuisset, sofern der eine, oder der andere

re Theil ohne männliche Lehns-Erben abgienge und weiblichen Geschlechts und Land-Erben allein überblieben.

## §. XII.

Ita ergo dicendum videtur. Quoties *uni eidem*-que primo specialiter, deinde generaliter aliquid legatur: juxta regulam in §. II. positam, *species generi dero-*gar, quando ea genus precedit. Quoties autem *diuersis* personis, *uni* generaliter, alteri specialiter legatur, vel a-lio modo relinquitur: *species generi semper derogat*, sive ea genus precedat, sive illud sequatur. Pertinent ad po-steriorem regulam causus, quos Pomponius in l. 1. pr. ff. de aur. argent. mund. proponit. Si alii vestimenta, (in genere,) alii vestis muliebris separatum (in specie) legata sit: detractis muliebribus & ei adsignatis, cui specialiter legatae sunt, reliquum alteri debetur. Idem est, cum alteri mundus muliebris, (in genere) alteri argentum omne legatum esset, de argento, quod in mundo esset. De duabus statuis marmoreis & deinde omni marmore legato jam vidimus §. VII & IX. Adhuc aliis causis est in d. l. i. si alteri servi urbani (in genere,) alteri dispensator (in specie) legatus sit. Idem Pomponius in l. 2. pr. ff. de trit. vin. cum alii penum, alii vinum legatum esset: excepto vino omne penum ad alium legatarium pertinebit. Idem de promissionibus inter viuos duobus simul factis dicendum erit.

## §. XIII.

Quoniam tamen in dispositionibus mortis causa factis voluntas disponentis ambulatoria est usque ad extre-  
num vitae halitum: illud adhuc obseruandum erit,

D

spe-

specialem dispositionem quoque subsequentem generali dispositioni derogare, quando dispositio specialis post interuallum aliquod facta, idque siue verba ad eandem, siue ad diuersas personas directa fuerint. Verbi cauifa, in prima dispositione testator alicui omne vinum in genere legavit, deinde in subsequente certam vini speciem solum: disponens a priori voluntate recessit & species faltem debetur. Hoc quoque ex diuerso procedit, si ab initio certam speciem, deinde vero vinum in genere, quod in bonis ejus erat, (alias v. cap. I. §. VI.) reliquerit. Hic enim procedit regula Pauli, quæ habetur in l. o. §. 2. ff. de adim. vel transfer. legar. nouissimam voluntatem seruari. Idem ad leges speciales posteriores applicandum, nam & legislatoris voluntas ambulatoria est.

## §. XIV.

His obseruatis fallitur Gothofredus, quando in not. ad l. 50. ff. de R. f. lit. t. generaliter pronunciat: species derogat generi, siue genus speciem praecedat, siue sequatur. Adducit tamen plurimos textus pro stabilienda illa generalitate, de quibus nunc videndum erit. Dicit regulam procedere primo in legibus & statutis. Hic quidem l. 15. & l. 16. ff. de LL. quas adfert, parum, aut nihil ad rem faciunt; interim tamen hic consentimus & quoad speciem genus subsequentem, prout in §. praeced. diximus, si scilicet clare adpareat, quod lex subsequens praecedenti contraria sit, v. l. 27 & 28. ff. de LL. Alias vero leges speciales praecedentes subsequentibus generalibus adhuc derogant. Ita v. g. juxta l. 9. 24. & f. C. de inoff. testam. si miles, aut filius familias paganus de pecu-

peculio castrensi, vel quasi castrensi testatur, parentibus portionem legitimam relinquere non tenetur. Quamuis vero in *Nou. 15. c. 4.* tamquam lege subsequente generali dicatur, liberos non posse parentes excludere ab illa portione, nisi ex caussis octo in *d. c. 4.* recensitis; DD. tamen recte statuunt, hac lege generali specialem priorem non esse abrogatam, v. Lauterbach. *comp. jur. sit. de ineff. testam.* Hugo Donellus *comment. l. 19. c. 5.* Zoef. *ad ff. de ineff. test. n. 30. 31.* exceptis clericis, quorum intuitu specialis derogatio juris singularis prioris adest in *nou. 123. c. 19.* Brunnem. *ad l. f. C. de ineffic. testam.*

## §. XV.

Porro Gothofredus regulam suam generalem in pœnis procedere dicit & ad *l. 41. ff. de pœn.* prouocat, ubi Papinianus: *sancio legum, que nouissime certam pœnam (generaliter) irrogat iis, qui præceptis legis non obtemperauerint, ad eas species pertinere non videtur, quibus ipsa lege pœna specialiter addita est: nec ambigitur, in cetero omni jure speciem generi derogare: nec sane verisimile est, delictum unum eadem lege variis aestimationibus coerceri.* Sentus legis conuenit cum regula a nobis posita, quod specialis lex præcedens deroget legi generali subsequenti, si specialis non est expresse abrogata. Adduntur due rationes: una, quia non ambigitur, in cetero omni jure speciem generi derogare: altera, quia verisimile non est, unum delictum eadem lege variis aestimationibus coerceri.

## §. XVI.

Pergit Gothofredus ad materiam *de legatis*, citans

D 2

l. 99.

L. 99. §. 5. ff. de legat. 3. Paulus est auctor legis, qui huac casum proponit. Testator legauerat *uidam* vernas, deinde *alteri* cursores. Erant autem quidam ex numero seruorum simul vernæ & cursores. Quarebatur; cui ex duobus illis legatariis cedant vernæ, cursores, an illi, cui vernæ, an alteri, cui cursores legati erant? respondet Paulus: *vernæ cursoribus cedere*, quia species generi derogat. Est idem casus, quem habuimus supra §. XII. b. cap. quando diuersis personis aliquid partim in genere, partim in specie legatum. Sed exinde generalitas regulæ non probatur, quam Gothofredus tamquam omni dubio carentem supponebat.

## §. XVII.

Regulam positam quoque in petitionibus & sententiis procedere existimat Gothofredus. Adlegat l. 7. ff. de excepti. rei judic. que Ulpiani est. Ita vero ille: si quis, cum totum petisset, partem petat: exceptio rei judicata nocet. Nam pars in toto est. eadem enim res accipitur, & si parpetatur ejus, quod totum petitum est. Nec interefset, utrum in corpore hoc queratur, an in quantitate, vel in jure. Proinde si quis fundum petierit, deinde partem petat, vel pro diuiso, vel pro indiuiso: dicendum erit, exceptionem obstatre. Proinde & si proponas mibi, certum locum me petere ex eo fundo, quem petui: obstat exceptio. Item erit probandum, & si duo corpora fuerint petita, mox alteriusrum corpus petatur: nam nocebit exceptio. Item si quis fundum petierit, mox arbores excisas ex eo fundo petat; aut insulam petierit, deinde aream, vel tigna, vel lapides petat. Item si nauem petiero, postea singulas tabulas vindicem. Illa lex huc pertinere non videtur, nec etiam verba ejus suble-

quen-

quentia, sed potius exinde exemplum regulæ a nobis  
cap. I. §. 1. adductæ defumus potest, quod scilicet inter-  
dum specialia generalibus insint.

## §. XIX.

Succedit adhuc alia lex ex materia de ultimis volun-  
taribus, nempe l. 41. §. 4. & 5. ff. de vulg. & pupill. substitut. Qui discretas portiones conjunctis pluribus separavit dedit, ac post omnem institutionis ordinem ita scripta, quos herede-  
des meos inuicem substituo: conjunctos primo loco vice  
mutua substituere videtur: quibus institutionum partes non  
agnoscuntibus, ceteros omnes coheredes admitti. Qui patrem  
& filium pro parte heredes instituerat, & inuicem substitue-  
rat, reliquis coheredibus datis, post completum asem ita scri-  
psit: hos omnes inuicem substituo. Voluntatis fit que-  
stio, commemoratione omnium, patrem & filium substitutioni  
coherendum miscuisse, an eam scripturam ad ceteros omnes  
(Haloander: ad ceteros tantum) transulisset? Quod magis  
verisimile videtur, propter specialem inter patrem & filium  
substitutionem. Hic species generi iterum derogat per  
ea, quæ supra §. XII. b. cap. diximus. Sed exinde gene-  
ralis Gothofredi regula nondum probatur.

## §. XIX.

Ultimo loco Gothofredus noster generalem regu-  
lam illam in laudo & in rescriptis quoque procedere ad-  
serit. Quoniam vero nec legem, nec rationem subjungit: nos quoque responsionem subjungere nolumus.  
Manent propositiones particulares. Agmen claudunt  
hæc Gothofredi verba: non in privilegiis & mandato fi-  
scali, (scilicet procedere prætensam regulam generalem,) per l. 3. C. de conuen. fisci debitor. lib. 10. tit. 2. Verba legis

D 3

hæc

hæc sunt: quoniam Hagerio ac filio ejus ad exigenda reliqua  
consortes vos atque consocios dicitis eisque certorum dunta-  
xat nominum exactionem mandatam; nec inter eum & cete-  
ros, qui exæctores fuerant nominati, confusa exactionis mu-  
tuum periculum constitutum, sed separato muneris obsequio  
discretam sollicitudinis rationem fuisse adseueratis: a jure  
non discrepat, ut prius ex bonis exactorum, qui principali loco  
ad exactionem fuerant destinati, indemnitati fiscalis satisfacti  
postque eos, si solidum debitum exsolutum non sit, nominatores  
conueniri. Rationalis igitur noster juris ordinem sequetur:  
excusisque exactorum facultatibus nec non etiam nominato-  
rum, fiscis in uniuersi debiti quantitate securitatem indemni-  
tatis consecutus non fuerit, etiam vos ad restituenda debita  
fiscalia adstringet. Hic solum de ordine agitur, quo  
fiscus experitur, primo aduersus exæctores ipsos, deinde  
aduersus nominatores exæctorum & tandem aduersus  
exactoris collegam.

## §. XX.

Quæ in hoc capite diximus, eo recurrunt. Speci-  
es præcedens & in legatis & in conuentionibus restrin-  
git genus subsequens, si verba ad eandem personam ab initio  
directa, atque aliud expresse dictum non fuerit, v. §. XII.  
Restringit etiam species subsequens genus præcedens  
in legatis & omnibus ultimis voluntatibus, si ab initio  
genus quidem, ex intervallo tamen species solummodo ex-  
pressa, v. §. XIII. Quod si verba ad diuersas personas ab initio  
directa & uniuspecies, alterius genus promissum: species sem-  
per derogat generi, siue illud præcedat, siue subsequatur,  
v. §. XII. v. g. Titio dono, vel vendo omnes equos meos,  
sed hunc in specie Meuio, & ita ex diuerso.

## CAPUT

## CAPUT III.

De

## Specie generi non derogante.

**C**onnexio cum capite precedente. Formatur status controver-  
siae, & traditur regula generalis, §. I. an species  
actionum bonae fidei in §. 26. f. de act. recensitæ generi dero-  
gent, vel an non plures aliae dentur & nonnulli adstruere volunt,  
non dari plures, §. II. nobis contrarium verius videtur &  
probatur, §. III. verum criterium, ex quo actiones bonæ  
fidei cognoscuntur. Ita magis ad rationem, quam verba le-  
gis respiciunt. Hereditatis petitio minus recte ad classem a-  
ctionum b. f. refertur & intuitu actionis ex stipulatu de dote  
exigenda speciale quid adest. Hodie nulla differentia quoad  
effectum inter actiones b. f. & stricti juris, §. IV. de actibus  
privatorum inter viuos. An, si omnia bona generaliter hy-  
pothecae nomine obligata, deinde vero specialiter subjectum fu-  
erit: mobilia & immobilia, eo ipso generi derogetur, & no-  
mina excludantur? putant aliqui, §. V. in specie Antonius  
Faber, cuius verba referuntur, §. VI. & ipsius ratio re-  
felliunt, §. VII. Brunnemannus de Fabri opinione certo ca-  
su jam dubitare cepit. Alii DD. nobiscum simpliciter con-  
sentunt, §. IX. in Saxonia nostra sententia publica lege ad-  
probata, §. IX. Martini verba pro stabilienda opinione a  
nobis defensia, §. X. species generi in actibus inter viuos  
neque tunc derogat, licet generi ex interuallo subjecta fuerit.  
De expectativa unius primo generaliter, alteri vero deinde spe-  
cialiter

cialiter concessa. Responso ad textus juris canonici, ex quibus nonnulli probare volunt, speciem generi derogare, §. XI. item ad textum juris feudalis saxonici, §. XII. de hypotheca generali ab inicio & deinde speciali alteri consuetu, §. XIII. remouetur dubium, quod ex capite præcedente formari posset, §. XIV. transitus ad actus ultimæ voluntatis. Regula: speciem generi non derogare, si verba generalia & specialia statim ab inicio ad eandem personam directa fuerunt, §. XV. textus, ex quibus hec regula perspicue probatur, §. XVI. responso ad textus, quos nonnulli tamquam obstantes adducunt, §. XVII. conclusio totius dissertationis, §. XIX.

## §. I.

**T**raheamus jam ad casus, quando species generi non derogat. Hic sequentem regulam formamus: quando genus præcedit & species subsequitur: species generi non derogat. Diversi autem casus hic erunt separandi & considerandi, primo quidem *actus inter viuos & ultime voluntatis*, deinde, utrum species in *modem* contextu, an vero *ex intervallo* genus subsequatur.

## §. II.

Ante omnia vero casus ad materiam *de explicacione & sensu legum* pertinens præmittendus erit ex §. 2. I. *de act.* ubi distinctio inter actiones bonæ fidei & stricti juris habetur. Quæritur: an illæ solum sint bonæ fidei, que in d. §. recensentur, an vero adhuc plures? nonnulli uti Hoppius *in comm. ad J. d. §. & Strykius eod. loc. in not.* plures non dari existimant, quia adsertio generalis præredit: bonæ fidei sunt hæ, & deinde contra-

tractus in specie enumerantur, quæ species juxta citatorum auctorum opinionem adsertioni præcedenti generali derogant. Hinc Hoppius: *quotiescumque in jure exempla referuntur, non additis particulis, sicuti, uti, veluti, aut simili, totes omnia censentur relata.* Inde infert: *quæcumque actio in d. §. 28. non est recensita, illa non est bona fidei, sed stricti juris.*

## §. III.

Nobis videtur, species actionum bonæ fidei in cit. §. 28. recensitas generali adsertioni præcedenti non derogare & hinc dari plures species, vel exempla, quæ ex eodem fundamento deducuntur, ex quo illæ recensitæ profluxerunt. Hoppius quidem regulam posuit, sed ejus uniuersalitatem non probauit. Plus etiam Strykius junior non præstit. Nos contrarium ostendemus & Strykium Strykio opponemus. In pr. *J. de iheruit. rustic. & urban. præd.* dicitur: *rusticorum prædiorum jura sunt hæc, iter, actus, via, aquæductus, non addita particula veluti, aut simili.* Strykius hic recte notat ad illa verba: *Sunt hæc, non vero sola, nam alia etiam recensentur in §. 2. b.t.* nec tamen & in illo §. 2. omnia recensentur, sed plura adhuc dantur. Ergo regula ab Hoppio posita uniuersali ter non procedit.

## §. IV.

Actiones in §. 28. *J. de act.* recensitæ ex contractibus reciprocas præstationes habentibus, siue bilateralibus, oriuntur. Ergo si qui alii bilaterales adhuc occurrunt, actiones ex illis prouenientes illi classi adscribenda erunt, Jcti enim magis ad mentem, siue rationem legis, quam ad nuda ejus verba respiciunt. Hereditatis petitionem

E

impe-

imperite Tribonianus d. §. 28. inferuit, cum ea ex contra-  
ctu non oriatur & hinc ad actiones mixtas in §. 31. *J. de  
action.* referri debuisse. Actio ex stipulatu de dote exi-  
genda in §. 29. eod. ex speciali causa naturam actionis b.  
f. accepit, quæ exceptio regulam nostram firmat in ca-  
sibus non exceptis. Nescio interim, quid sibi velit Hop-  
pius, qui in comm. a. d. §. 28. illius regulæ uniuersalitatem  
destruere vult. Fallit, inquit, regula in contradicione permu-  
tationis, qui, quamvis dubio procul unilateralis sit, est tamen  
bonæ fidei: nec non in contractu estimatorio, qui quoad hoc  
eiusdem est naturæ. Meo iudicio contractus permuta-  
tionis & estimatorius dubio procul bilateralis est & reci-  
procas præstaciones habet. Consentit nobiscum Ba-  
chouius de action. disp. 6. th. 11. eo saltem excepto, quod  
in contractu do, ut des, regulam fallere existimet, qui ta-  
men dubio procul bilateralis est & cum permutatione  
coincidit, prout ipse statutus alias dissentiens Strykius  
in not. ad d. §. 28. verb. ex permutatione. Quidquid inter-  
im sit, hodie differentia inter actiones b. f. & stricti ju-  
ris cessat, cessante differentia inter prætorem Romanum  
& judicem pedaneum, prout ostendit Julius Pacius in  
annal. inst. ad §. 28. de act. v. pluribus Dn. Praes in us. præ-  
dicti tit. ff. de O. & A. disp. 15.

## §. V.

Deuenimus jam ad actus priuatorum inter viuos. Hoc  
certum est, quod hypotheca generalis omnes species bo-  
norum sub se comprehendat, id est, mobilia, immobilia  
& nomina, v. cap. II. §. 1. Quæritur autem, quid juris sit:  
si quis ab initio omnia bona generaliter creditori obligue-  
rit, mox vero haec specialia subjecerit: *mobilia & immo-*  
*bilia,*

bilia, ich verschreibe ihm alle meine Güther, bewegliche und unbewegliche, quæritur enim: an etiam nomina obligata, an vero illa a pignoris vinculo excepta fuerint? adfirmant aliqui, nomina excepta esse, unde B. Strykius in *caut. contraf. scđ. 2. c. 4. §. 15.* cautelam esse dicit, ne species mobilium & immobilium subnectantur obligationi generali. Verba ejus hæc sunt: hoc tamen consultum non est, ut generali obligationi bonorum subjiciantur sola mobilia & immobilia, sed si hæc exprimere velim, addenda quoque nomina in specie erunt; nam alias species subjecta restringit genus præcedens, seu, generi per speciem derogatur, *c. generi. 34. de R. J. in oīo.* Quia ergo nomina tertiam bonorum constituant speciem, *L. a diuo Pio. 15. §. 2. ff. de re iudicat.* ideoque illa tali casu exprimere necessum est.

## §. VI.

Si ita dictum: *sola* mobilia & immobilia: consentio, res enim non amplius est dubia & hinc regulis interpretandi non indigemus. Supponimus ergo ita solum scriptum fuisse: *mobilia & immobilia*, non vero *sola*. Species subsequens non derogat generi præcedenti. Sed tamen hoc dicit Antonius Faber in *Cod. l. 7. tit. 6. def. 14.* Videamus, an rationes adducat. In bonorum mobilium, inquit, & immobilium obligatione jura & actiones non comprehenduntur, quia tertiam bonorum speciem constituant a duabus aliis differentem. Et quamvis non desint, qui putent bonis mobilibus adnumeranda jura, si competant ad rem mobilem, aut immobilibus, si ad immobilem. Senatus tamen noster supradictam sententiam passim sequitur, siue de pignore, siue

de quo alio contractus genere agatur. Sic jam pridem in causa quadam procuratoris Turnelli & Johannis de Constance. Et iterum in causa M. Moret, tractata ex tempore in publico auditorio, Prid. Non. Julii 1593.

## §. VII.

Nullam aliam rationem hic inuenio, quam hanc unicam, quia jura & actiones tertiam bonorum speciem constituant a duabus aliis differentem, per l. 7. §. 4. ff. de pecul. & per l. 15. §. 2. ff. de re jud. Primo in cit. l. 7. hoc saltem habetur, quod res omnes, & mobiles & soli, & vicearii & nomina debitorum in peculio haberri possint, & in d. l. 15. dicitur, quod in executione primo res mobiles, post immobiles distrahantur & tunc demum ad iura perueniatur. Quid hæc ad præsentem statum controuersia? Deinde licet regulam adductam concederemus, nulla tamen est consequentia: nomina, sive iura, tertiam bonorum speciem constituant, ergo nomina excepta sunt, si post præcedentem generalem bonorum obligationem mobilia & immobilia saltem extirpantur. Imo, nomina & iura ratione objectorum & subjectorum, quibus inhærent, mobilibus & immobilibus adconsentur, v. Carpzou. p. 3. c. 23. def. 8. n. 8. Gail. 2. obf. n. Lauterbach. comp. jur. de rer. diuis. & qual. Meuius ad jus Lubec. quest. prel. 6. num. 28. seqq.

## §. IX.

Brunnemannus in comm. ad l. 1. ff. de pignor. n. 5. de adsertione illa, quod nominatis mobilibus & immobilibus nomina exclusa censeantur, jam dubitauit. Ergo, inquit, puto, esse quæstionem voluntatis. Nam si sita debitor juris Romani ignarus constitutat generalem hypothec-

pothecam, qui forte ignorat, nomina in jure nostro tertiam speciem bonorum constituere, inclinarem in sententiam Frantzki, quam & nos defendimus. Siperpendisset Bruunemannus fundamenta, quæ in §. præc. adduximus, distinctione inter debitorem juris Romani gnarum & ignarum opus non fuisset. Nostra sententia quoque non est nota, aut singularis, sed fouet eam Bartolus in l. si legatum. 75. §. ult. ff. de legat. i. quem citat Faber d. l. Frantzkius ad ff. tit. de pignor. num. 17. Bachouius ad Treutler. vol. 2. disp. 1. th. 2. lit. d. verb. continentur & generali. imo etiam ipse Struuius S. I.C. exerc. 26. th. 20.

## §. IX.

In Saxonia electoralii nostra sententia expresse approbata est in ordinat. process. iiii. 46. §. Nachdem Verba hæc sunt: Nachdem aber auch bey Verpfändung der Schulden oftmahl Zweifel vorfallen, wann einer ingemein alle seine Güter, beweglich und unbeweglich, hypothecirt, ob auch solches auff die Schulden, als die sonst für eine sonderliche speciem bonorum geachtet werden, zu verstehen, und aber ihr wenig diesen Unterscheid so genau in acht zu nehmen pflegen, sondern vielinehr eines, der sich also versichern lässt, Sinn und Gedanten dahin gerichtet, wie er auff alle seines Schuldners Güther ein Pfand-Recht erlangt. So wollen wir, daß verglichen gemeine Verpfändungen, ungeachtet, daß darneben der beweglichen und unbeweglichen Güter gedacht worden, auch auff die Schulden verstanden werden sollen. Eodem modo dispositum in ordinat. process. Gothan, part. ii. c.

18. §. 9. pag. 88. Wer in gemein alle seine Güther, beweglich, oder unbeweglich, hypotheciret, dessen Verpfändung soll auch dahin verstanden werden, daß Er zugleich seine aussenstehende Schulden mit verpfändet habe. Aliter in ordin. polit. ducat. Magdeb. c. 49. §. 4. nisi dictum fuerit: nichts überall ausgeschieden,

## §. X.

Merentur, ut adponamus adhuc, quæ habet Martini in comm. ad ord. proc. Sax. d. tit. 46. §. 8. num. 1. seqq. Sub generali, inquit, hypotheca bonorum mobilium ac immobilium an etiam nomina & actiones continentur, dubitare facit, quod separatim ac peculiarem bonorum partem ab iis constituant, l. 7. §. in pecul. ff. de pecul. d. l. 15. §. 2. ff. de re judicat. l. 1. C. de pretor. pign. h. text. n. vers. Als die sonst für eine sonderliche speciem bonorum geachtet werden, Neguzant. de pign. part. 2. pr. membr. 2. n. 9. & membr. 4. n. 84. Coler. de proc. exec. part. i. cap. 20. n. 173. Gail. 2. obs. II. n. 9 & 10. Bachou. de pignor. lib. I. cap. 6. n. 5. Meu. ad jus Lubeo. lib. I. qu. prel. 6. n. 25. Unde etiam negatiuam, quod scilicet obligatis bonis mobilibus & immobilibus omnibus, actiones & jura non censeantur obligata, defendit Ant. Faber in C. lib. 8. tit. 6. def. 14. per tot. & tit. 7. def. 13. n. 14. & tit. 14. def. 1. quem sequitur Neguzant. de pignor. part. 2. membr. 2. n. 9. Sed quoniam ex communi usu loquendi etiam nomina & actiones sub iis continentur, Tiraquell. de retr. lign. §. 1. gloss. 7. n. 18. Meu. d. l. n. 27. & mens contrahentium, quæ præcise hic attendenda, uniuersa bona intendit, non potest non sub generali hypotheca bonorum, mobilium & immobilium, etiam intelligi obligatio-

ligatio nominum & actionum, Berlich, part. 2. concl. 29.  
n. 22. Ziegler, in not. b. vers. Ob auch solches auf die  
Schulden. Facit, quod tales extensiones plerumque  
ex stilo notariorum addantur, & intelligi possint ea, quæ  
alias generaliter obligari solent, Brunnem. ad l. 6. ff. de  
pignor. n. 3.

## §. XI.

Species ergo non derogat generi, si in eodem contextu  
subjicitur, nisi aliud exprestè dictum fuerit, sed quid si ex  
intervallo subiiciatur? neque hoc casu species generi de-  
rogat. Ponamus ex materia juris feudalis, quod alicui  
generalis expectativa auff ein Lehnsguth, so zu erst erle-  
diget wird, Saxonibus Ferlchn, anwartung auff eines  
unbekannten Mannes Guth, Lehng. c. 7: alteri autem  
ex postfacto specialis, benand geding, concessa fuerit,  
quæritur: an expectativa specialis posterior, derogat generali  
anteriori? obstante videbantur ex jure canonico c. 14. &  
38. de præbend in 6. & ex jure saxonico feudal. cit. c. 7. ad  
quos textus prouocat Hartm. Pistor. l. 2. quest. 29. num. 8.  
sed otium nobis hic jam fecit B. Sam. Strykius in dissert. de  
concursa expectatiæ generali & speciali, qui num. 26. seqq. ad  
eos textus fuse respondet illosque de casibus specialibus  
agere ostendit. Res eo breuiter redit. Pontifex episcopo  
cuidam potestatem generalem concesserat, resignatio-  
nes beneficiorum ecclesiasticorum in certa prouincia  
auctoritate apostolica recipiendi eademque certis perso-  
nis eadem auctoritate iterum conferendi. Antequam  
vero episcopus ulli alii beneficium conferret, ipse pon-  
tifex interim non faciens mentionem prioris generalis  
concessionis alicui in specie conferebat expectantiam.

Deci-

Deciditur, potiorem esse illum, cui interim a pontifice ipso expectantia specialiter conlata erat. Vera ratio est, quia non præsumitur, quod pontifex sibi potestatem ademerit, canonicatum alteri interim concedendi. Specialis ergo concessio quoad ipsum actum hic reuera precebat genus & sic illi derogabat, juxta ea, quæ cap. preced. diximus.

### S. XII.

Ad textum juris feudalis saxonici c. 7. welcher Herr ein Guth leihet einem seinem Mann - - und darnach einem andern leihet sonst an einem Lehn ein benand gedinge, sc. ita respondet idem Strykius l. c. n. 27. cuius verbis adhuc semel utemur. Ex his, inquit, adparet, sensum literalem istius textus feudalis Saxonici esse hunc: quando dominus feudi alicui concedit expectatiuum generalem, & indefinitam de feudo primum vacaturo, postea vero alii concedit expectatiuum non de feudo ipso, sed certa quantitate fructuum, vel pecunie, de & ex feudo persoluenda ab eo, ad quem illud feendum peruenturum, (uti satis innuunt verba: Ein benand Gedinge an einem Lehn,) quod nempe tunc huic non oblet generalis expectatiua anterior, sed nihilominus expectatiarius ille generalis, aperto hoc feudo teneatur ad exsolutionem & præstationem dies benandten Gedinges. Quod ipsum quidem permisum videtur jure Saxonico per hunc textum: sed tamen hoc in casu regressus ad interesse dabitur expectatiario aduersus dominum feudi, cuius factio feendum apertum factum fuit deterius. Quemadmodum alias & DD. contrariam fontes sententiam statuant, concessa duobus expectatiua uni generaliter, alteri specia-

specialiter, si juxta hypothesin illorum priori generali expectatiuario eripiatur feudum, quod tunc eidem detur regressus ad interesse contra dominum feudi concedente, Hartm. Pistor. d. l. 2. quæst. 29. n. 3. quod etiam habetur Lehn-N. c. u. inf. ibi: die darnach belchnet werden, und es darinnen nicht gehaben mögen, die sollen den Herrn um ihre Erstattung mahnen, item c. 33. Was ein Herr einem Mann leibet von gutem Willen, das er nicht gewehren mag, das soll er ihm ersattten. Ergo reuera species non derogat generi, alias enim dominus ad interesse præstandum non obligaretur, de quo etiam hodie nullum dubium.

## §. XIII.

Hypotheca posterior specialis itidem non derogat priori generali. Papinianus in l. 2. ff. qui potior in pign. qui generaliter bona debitoris pignori accepit, eo potior est, cui posse a prædium ex his bonis datur: quamvis ex ceteris pecuniam suam redigere possit. Quid hic Matthæus ad l. 80. ff. de R. I. n. 13. seqq. ceterum, inquit, quod Papinianus in princ. leg. 2. supr. qui potior in pign. hab. statuit, creditorem, cui ex bonis debitoris speciatim prædium pignori datum est, potiorem non haberí eo, qui ante generaliter omnia in debitoris bona pignori accepit: id regulam hanc non interfingit, quoniam creditor, cui generaliter bona debitoris erant oppignorata, alterum tempore præuenenerat, ea que ratione ei præferebatur: si quidem hoc casu præualeat iure is, qui præuenit tempore, sicut rescriptum Imp. Antonini in fin. l. 2. C. eod. satis demonstrat. Respondeamus breuiter, ea nobis non obstare, quæ Matthæus addidit, quia & nos diximus, speciem generi non derogare,

F

si

*Si ex inter ualio generi subjicitur, siue, si quis intuitu generis alterum intuitu speciei praeuenit.*

§. XIV.

Sed diximus tamē cap. II. §. XII. & XX. quod, si verba ad diuersas personas directa & uni genus, alteri vero species promissa fuerit: Species semper derogat generi, siue dictum genus praecedat, siue illud subsequatur. Sed salua res est. Locuti sumus in §. XII. de actibus ultimae voluntatis, quorum intuitu prior legatarius nullum ius quæsitum, sed solummodo spem incertam habet, atque hinc, si ex postfacto testator certam aliquam speciem admittit legatario nulla infertur injuria, uti quidem in casu §. XII. & XIII. b. cap. Ex eodem fundamento profluit, speciem derogare generi præcedenti in actibus inter viuos, si verba ab initio statim ad diuersas personas directa, quia propter exceptionem in continentि adiectam, prior intuitu omnium & singularum specierum ius perfectum non obtinuit.

§. XV.

Sufficiant hæc de actibus inter viuos. Transimus jam ad actus ultime voluntatis & inquirimus in casu, quando species generi non derogat. De eo enim jam constat, quod eo casu, quando ex diuersis personis alteri quid generaliter, alteri deinde aliqua species solum legatur, species generi derogat, v. supra §. XII. cap. præcedi quod eodem modo obtinet, quando verba ad eandem personam, sed diuersis temporibus directa, §. XIII. d. c. præc. & ex ratione in §. præc. h. cap. adducta. Manet ergo hoc solum: speciem generi non derogare, si verba generalia & specialia statim ab initio ad eandem personam directa fuerunt.

§. XVI.

## §. XVI.

Ita Ulpianus in l. 12. §. 46. ff. de instruct. vel instrum. legat. si quis fundum, ita ut instridus est, legauerit, & adiecerit cum supellectili, vel mancipiis, vel una aliquare, quæ nominatim expressa non erat: utrum minutum legatum adiiciendo speciem, an vero non, quereretur? & Papinianus respondit, non videri minutum: fed potius ex abundanti adiendum. Alter textus in l. 9. ff. de supell. leg. habetur, isque Papinianus est: legata supellectili, cum species ex abundanti per imperitiam enumerentur, generali legato non derogatur: si tamen species certi numeri demonstratae fuerint, modulus generi datus in his speciebus intelligitur. Verba: per imperitiam, nullum dubium faciunt, ut aliquid opinantur, sed hoc solum volunt, quod testator putauerit, necepsum esse, ut generali locutioni aliqua species subjiciantur illustrationis gratia. Si species certi numeri demonstratae scilicet, si dixit testatori has species solum lego: res non amplius dubia est, sed certa; nos vero de casu dubio loquimur.

## §. XVII.

Adducunt tamen leges obstantes. Wissenbachius disp. 12. de jur. ad l. 80. eod. n. 4. binis verbis dicit: nullum dissidium. Bachouius ad Treutl. vol. 2. disp. 13. th. 4. lit. d. multas distinctiones pro conciliatione harum legum ex Accursio, Bartolo aliisque refert, sed nec ipse mentem suam clare exprimit. Videamus ipsos textus, nam nobis non videtur difficilis responsio. Primus est Pauli in l. 18. §. quidam 13. ff. de instruct. vel instrum. legat. quem ex editione Haloandri adponemus: quidam cum ita legasset: villam meam ita, ut ipse possedit, cum supellectili, mensis, mancipiis que, que ibi depositabantur, urbanis & rusticis, vinisque, que in diem mortis meae ibi erunt, & decem aureis, & quereretur, cum in diem mortis ibi libros & vitreamina, & vestimenta habuerat: am ea omnia legato cederent, quoniam quædam numerasset?

F. 2.

Sce-

Scœuola respondit, *specialiter expressa legato cedere*. In vulgata editione extat: *specialiter expressa (qua) legato cederent*. Juxta Haloandrinam res clara est: *specialiter expressa cedere legato (generali) & sic ei non derogare*. Alter textus est Scœuolæ in l. 20. pr ff. eod. hujus tenoris. Sejæ ex parte heredi institutæ, si heres erit, fundos per præceptionem de derat instructos cum suis villicis, & reliquis colonorum: & Codicillis ita scriptis, *postea mibi venit in mentem*, Sejæ fundos, quos reliqui, ita ut sunt instruti rusticò instrumento, sū pelletilc, pecore, & villicis, cum reliquis colonorum & apotheca, habere volo. Quæsitum est, an etiam ea, quæ patrificalias usus quotidiani causa in fundis fuerunt, legato continerentur? respondit, testamento quidem (ut propone retur) Sejæ insuper fundum legatum: verum non amplius deberi, quam in codicillis, quos sane post obliuionem testamtarie scripturæ fecisset, instructi adpellatione contineri velle se manifeste ostendisset. Hæc lex loquitur de casu, si prius generis, *ex intervallo autem speciei in codicilliis mentio facta*, v. paulo ante §. XV. nos vero in præsenti juxta d. §. XV. de eo casu disquirimus, quando verba genera lia & specialia *statim ab initio* ad eandem personam diri guntur.

## §. XXIX.

Hæc sunt, beneolelector, quæ in præsenti de quæstione satis difficulti & intricata proponere voluimus. Plura adducere facillimum fuisset, si nos breuitas temporis aliisque circumstantiæ non impediuerent. Hifce ergo utere & si quæ præter spem minus adcurate posita existimas, ea benigne excusa. Nos meliora edoceti quoconque tempore ad omissa emendanda prompti atque parati erimus.

TANTUM.





Halle, Diss., 1721  
CII-2



VDA



DISSE

DE QV

# SPE DEROGE

DEO T. O.  
IN ILLUSTRI ACADI  
CONSENSU INCLYTÆ

PRA  
JACOB FRIDE  
POTENTISS. REGIS BORU  
ET PROFESS JUR.  
PATRONO ET DOCTOR.

PRO LI

Summos in utroque jure hon  
rite cap

Ad d. MAJI

H. L.

Placido eruditorum

EITEL FRIDE

MEMMIN

HALÆ MAGD

CHRISTIANI HE



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

